Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Nahum

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

grecos cosmos ab ornatu nomen accepit.
& quidquid aduersus niniuen dicit de
mundo figuraliter predicat. Quam ob
causam & assumptio quam septuaginta
interpretes aquila arma interpreta
tus est apud hebreos massa ponit id est
graue onus: eo quod eam aduersus quam
prophetat premat nec sinat eleuare cer
uicem: simulque hoc attendendum quod
hec ipsa uel assumptio uel onus uel
pondus prophete uisio sit. Nec enim loquitur
in extasi ut montanus & priscilla
maximillaque delirant: sed quod prophetat
liber est uisionis intelligentis uniuersa
que loquitur: & pondus hostium facti
entis suo populo uisionem de consumma
tione utique mundi secundum anagogam in
consolatione secundum prophetia texitur.
ut quecumque in mundo uident qui
pretereuntia & caduca contempnant:
& preparent se ad iudicium diem ubi
ultor aduersum uiros assyrios fu
turus est dominus. Explicit prologus.
Incipit naum propheta.

Onus niniue. Liber
uisionis naum hel
chesei. Deus enim emu
lator & ulciscens
dominus: & habens fu
rorem. Ulciscens
dominus in hostes suos: & irascens ipse
inimicis suis. Dominus paciens & mag
nus fortitudine: & mundans non
faciet innocentem. Dominus in tempes
tate & turbine uie eius & nebule pul
uis pedum eius. Increpans mare
& exsiccans illud: & omnia flumi
na ad desertum deducens. Infirma
tus est basan & charmelus: & flos
lybani elanguit. Montes commoti sunt
ab eo: & colles desolati sunt. Con
tremuit terra a facie eius: orbis & om
nes habitantes in eo. Ante faciem
indignationis eius quis stabit: &
quis resistet in ira furoris eius. Indig
natio eius effusa est ut ignis: & petre
dissolute sunt ab eo. Bonus dominus &
confortans in die tribulationis: &
sciens sperantes in se. Et in diluuio
pretereunte consummationem fa
ciet loci eius: & inimicos eius persequen
tur tenebre. Quid cogitatis contra
dominum. Consummationem ipse fa
ciet. Non consurget duplex tri
bulatio: quia sicut spine se inuicem
complectuntur. sic conuiuium eorum pa
riter potantium: consumetur quasi sti
pula ariditate plena. Ex te enim exi
uit cogitans contra dominum + malitiam: mente per
tractans preuaricationem. Hec dicit dominus.
Si perfecti fuerint & ita plures: sic
quoque attondentur & pertransibit. Afflixi
te: & non affligam te ultra. Et nunc
conteram uirgam eius de dorso tuo: &
uincula tua dirumpam. Et precipiet
super te dominus: non seminabitur ex nomine

tuo amplius. de domo dei tui int(er)
ficiam sculptile. et conflatile ponã
sepulchrũ tuũ. quia inhonoratus es.
Ecce sup(er) montes euangelizantis et annũ
tiantis pacem. Celebra iuda festi
uitates tuas et redde uota tua. q(ui)a
ñ adiciet ultra ut p(er)transeat in te
belial. Uniuersus interiit. II.
Ascendit qui dispergat coram
te qui custodiat obsidionem.
Contemplare uiã conforta lumbos
robora uirtutẽ ualde. quia sic red
didit dñs supbiam iacob. sic reddet
supbiam isrl. Uastatores enĩ dissipa
uerunt eos. et p(ro)pagines eo(rum) corrupe
rẽ. Clippeus fortiũ ignitus uiri ex
(er)cit(us) in coccineis. ignee habene curr(us)
in die preparationis ei(us). Et agitato
res consopiti sunt. in itinerib(us) con
turbati sunt. Quadrige conuulse
sunt in plateis. aspectus eo(rum) quasi
lampades. quasi fulgura discurren
tia. Recordabit(ur) fortium ei(us). ruent
in itinerib(us) suis. Uelocit(er) ascendent
muros ei(us). et p(re)parabit(ur) umbraculũ.
Porte fluuio(rum) apte sunt. et templũ
ad solum dirutum. et miles captiu(us)
abductus est. et ancille ei(us) minabunt(ur)
gementes ut columbe murmurantes
in cordib(us) suis. et niniue q(uas)i piscina
aquar(um) aque ei(us). ipsi uero fugerũt.
State state. et ñ est qui reuertat(ur).

Diripite argentum. diripite aurũ.
et ñ est finis diuitiar(um) ex omnib(us) ua
sis desiderabilib(us). Dissipata et scissa et
dilacerata et cor tabescens et dissolutio
geniculo(rum) et defectio + renib(us). et facies   + in cunctis
omniũ sic nigredo olle. Ubi est habi
taculum leonum. et pascua catulo(rum)
leonũ. Ad quã iuit leo ut ingrederet(ur)
catulus leonis. et ñ est qui exterreat.
Leo cepit sufficient(er) catulis suis et ne
cauit leenis suis. et impleuit preda
speluncas suas. et cubile suũ rapina.
Ecce ego ad te dicit dñs ds exercituũ.
et succendam usq(ue) ad fumũ quadrigas
tuas. et leunculos tuos comedet gla
dius. et exterminabo de t(er)ra p(re)dã tuã.
et ñ audiet(ur) ultra uox nuntio(rum) tuo(rum).
Ue ciuitas sanguinum. III.
Uniuersa mendacii dilacerati
one plena. ñ recedet a te rapina. Uox
flagelli et uox impetus rote et equi
frementis et quadrige feruentis et e
quitis ascendentis et micantis gladii.
et fulgurantis haste et multitudinis
interfecte et grauis ruine. nec est fi
nis cadauerũ. Et corruent in corporib(us)
suis p(ro)pt(er) multitudinem fornicationũ
meretricis speciose et grate et habentis
maleficia. que uendidit gentes in
fornicationib(us) suis. et familias in ma
leficiis suis. Ecce ego ad te dicit dñs
exercituũ. et reuelabo pudenda tua

in facie tua. et ostendam gentibus nuditatem tuam. et regnis ignominiam tuam. Et proiciam super te abhominationes et contumeliis te afficiam. et ponam te in exemplum. Et erit omnis qui viderit te resiliet a te et dicet. Vastata est ninive. Quis commovebit super te caput. Unde queram consolatorem tibi. Numquid melior es alexandria populorum que habitat in fluminibus. Aqua in circuitu eius cuius divitie mare. aque muri eius. Ethyopia fortitudo eius et egyptus et non est finis. Affrica et libies fuerunt in auxilio tuo. Sed et ipsa in transmigrationem ducta est in captivitatem. Parvuli eius elisi sunt in capite omnium viarum. et super inclitos eius miserunt sortem. et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis et eris despecta. et tu queres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tue. sicut ficus cum grossis suis. que si concusse fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad apertionem pandentur porte terre tue. Devorabit ignis vectes tuos. aquam propter obsidionem hauri tibi. Extrue munitiones tuas. intra in lutum et calca subiens tene laterem. Ibi comedet te ignis. peribis gladio. devorabit te ut brucus. Congregare ut brucus. multiplicare ut locusta. Plures fecisti negociationes tuas quam stelle sunt celi. Brucus expansus est et avolavit. Custodes tui quasi locuste. et parvuli tui quasi locuste locustarum. que considunt in sepibus in die frigoris. Sol ortus est et avolaverunt. et non est cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitaverunt pastores tui rex assur. sepelientur principes tui. Latitavit populus tuus in montibus. et non est qui congreget. Non est obscura contricio tua. pessima est plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam compresserunt manum super te. quia super quem non transiit malicia tua semper.

Incipit prologus in abacuc prophetam.

Quatuor prophete in duodecim prophetarum volumine sunt. et qui habentes in principio
o than id est pondus titulum habent. Zacharias autem in medio et circa finem duos huiusmodi ponit titulos. e quibus unus est onus verbi domini in terra adrach et damasci requiei eius. alter in fine onus verbi domini in terra israel. Sanctus ergo abacuc qui vel ex eo quod amabilis domini est vocatur amplexatio. vel quod in certamen et luctam et